

in sanctis, mirabilis in maiestatibus, faciens prodigia?“ Cum igitur a sancti huius viri (p. 262) transitu quingentorum circiter supputatio iam volveretur annorum, et tam pretiosus ac celestis thesaurus vilissimo quodam ac parvissimo necnon et vetustissimo, non dicam oratorio, sed tugurio satis indecenter retineretur in eodem scilicet monte⁸⁶ ac loco, quo vitam⁸⁷ solitariam, immo sanctissimam duxerat, non utique procul a Beneventi⁸⁸ menibus, sed quasi milibus VIII^o, iamque decrevisset omnipotens deus sacrosantas eius reliquias et ad sui nominis gloriam et ad fidelium providentiam revelare, talis profecto ipsius dispositione provenit occasio.

3. Quadam denique die cum Robbertus⁸⁹ egregius comes Rainulfi scilicet comitis filius, vir plane et in secularibus strenuus et in divinis devotus admodum, prout fas suppetit, ac studiosus cum latomis ac cementariis, qui aulam sanctę dei genitricis apud Caiatiam⁹⁰ eius imperio studiosissime construebant, sederet et satis anxie⁹¹ cogitaret, unde vel qualiter sanctorum reliquias posset acquirere, quibus iuxta devotionem suam eandem genitricis dei basilicam honoraret, contigit ordinatione divina, ut hora eadem domnus Madelmus⁹² venerabilis abbas monasterii sanctę Sophię de Benevento una cum domno Guiso abbate monasterii sancti Lupi⁹³ ad eum pro quibusdam monasterii sui utilitatibus advenisset. Cumque pariter considerent et de quibusdam inter se

86) Siehe unten Anm. 97.

87) Gregorius Magnus, *Dialogi* (wie Anm. 1) III 26,1, t. 2, S. 366: Menas ... solitariam vitam ducebat.

88) Benevento.

89) Graf Robert von Caiazzo, Sant'Agata de' Goti, Telese und Alife; siehe oben S. 442f. Sein Vater Graf Rainulf von Caiazzo war ein Bruder des Fürsten Richard I. von Capua: TESCIONE, Roberto (wie Anm. 3) S. 10-13.

90) Caiazzo (prov. Caserta).

91) Petrus Damiani, *Vita b. Romualdi* c. 68, hg. von Giovanni TABACCO (*Fonti per la storia d'Italia* 94, 1957) S. 110: ceperunt anxie cogitare.

92) Abt Madelmus von Sta. Sofia, Benevent (1074-1107). Zu seinem Amtsantritt (1073? 1075?) vgl. *It. Pont.* 9, S. 84 Nr. 8; G. A. LOUD, *The Abbots of St Sophia, Benevento, in the Eleventh Century*, in: DERS., *Montecassino and Benevento* (wie Anm. 4) Nr. VII S. 12.

93) Zu dem Kloster S. Lupus in Benevent vgl. *It. Pont.* 9, S. 97; Amatus von Montecassino, *Historia Normannorum* V 2, hg. von Vincenzo DE BARTHOLOMAEIS, *Storia de' Normanni di Amato di Montecassino* (*Fonti per la storia d'Italia* 76, 1935) S. 223. Abt Guisus scheint sonst nicht bekannt zu sein.